

LIBER TERTIUS  
DE  
AUGUSTISSIMO EUCHARISTIAE  
SACRAMENTO.  
PRÆLOQUIUM.



Ostium Christus IESUS immensa sua clementia nos sacro lavacro ad divinam regeneravit vitam, & confirmationis reslra lux adserit militie, epulum caeleste, alenda tam sublimi vita contentaneum, & vinibus ad præsum fortior sustinendum instaurandum opportunum, preparare, atque porrigit nobis tandem volunt. Quenadmodum terreno cibis corporea vita indiget, ita immortales animi, ad divina natura similitudinem expressi, atque effecti, immortali almonia nutriendi sunt, & roborandi. Hucusque ipsis humanae mentis acies pertinet. At nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit convivium illud inauditum, quo Christus Dominus humanam suam aliquidnam carnem & sanguinem, quin divinam ipsam naturam suam, factis symbolis abundatram, infinita liberalitate velcentam donavit, ineffabili sapientia medietandam dilupuit, immensa clementia adorandum nobis obulit. Omnes mundi deliciae, oblectamenta, epula, honores, divitiae, dignitates cum nequeant modo vido animis nostris satisfacere, sed famem potius provocent, litimique accant & irriterint; infinita suavitatis pabulum vel in hoc ipso exilio parate nobis dignatus est. Factus enim nobiscum homo, nobisque socialem degens vitam, secum convivias voluit, ut pignus nobis relinquaret divine illius mensa, cui, scilicet velamine, & symbolis ablatis, extremum astutissimum. Quo omnia Doctor Iane Angelicus complexus est rancis his veribus, quibus similes ecclie nec Homerius, nec Virgilius, nec univerla Poetarum turba fortassis valuerit.

Verbum supernum prodiens,  
Nec Patris linguis dexteram,  
Ad opus suum exiens,  
Venit ad vite vesperam.  
Se nascens dedit sicutum,  
Concussens in edulium,  
Se moriens in pietum,  
Se regnans dat in premium.

Hebetis humanæ mentis acies, balbutit lingua, verba deficiunt, quibus divinae illius mensae, in qua idem est & conviva, & convivium, dignitas & excellencia deferribatur. Exclamare dumtaxat cum S. Augustino sanct. xxvi. in Ieanne polliamus: O sacramentum pietatis! o signum unitatis! o viatulum caritatis! Qui vult vivere, habet unde vivat & acteat, incorporetur, ut vivificetur .... Litigabant Iudei ad invicem, quoniam panem concordie non intelligebant. Sed qui manducant hunc panem, invicem non litigant: quia pacis, benevolentie, & mortui amoris principio coniuncti sunt. Qui felicitioribus epis vescentur, portare sanguine venas implent, delicatiorem carnem nutriendi, & venustiorent preferunt faciem. At Christiani carnis deliciosi spernunt, felius coercent, ut morum fastidite fulgent, ut caelesti amore ardeant, ut concordes & pacifici sint.

Quo excellentissime hoc augustinum sacramentum est, eo immenso, & audacieo summales. Novatores Lutherani, & Calviniani, qui omnia Ecclesie catholice sacramenta

menta aut de medio subulerunt, aut adulterarunt, adversus Eucharistie veritatem ultimos exercent conatus. Precis ab unitatis petra, panem quoque concordia & unitatis, Iudeorum more, tam iniquis commentis obsecrare pertinarent, ut mutuo, & intellectu belligerant, iniquos jugulent, dilaniante. Morum contra sanctissimum hoc sacramentum paradoxa, & errores, craftilios, dura occasione, perlitigiam, & profigabo; breviter tamen, & quantum ad Parochos, & animarum arbitrios, in quorum commodum, & instructionem haec scribimus, imbuendo lat erit.

DISSERTATIO PRIMA.  
CAPUT I.

*De variis Eucharistie nominibus, eiusque definitione,*

I. **E**ucharistia, a greco verbo significata, latine redditur bona gratia, live gratiarum actio: tum quod in his institutione Christus gratias egit, ut *I. Cor. xi.* S. Paulus ait: *Et gratias agens fragi, & dicens: Accipe &c. tum quia fons est omnium gratiarum, & beneficiorum, ut idem Apostolus ad Rom. vi. libabit: Gratia Dei vita eterna.*

II. **N**omiris etiam appellatur, nempe collecta, congregatio, adunatio, quia in unum convenire, & congregari solemus, ut factio particeps sumus, iuxta illud Apotholi *I. Cor. xi.* *Convenientibus vobis in unum, iam non est dominicanum canem manducare.* Medio enim hoc divino epulo fideles cum Christo, & inter se, veluti membra unius corporis cum capite, caelesti caritatis vinculo colligantur, inquit *I. Cor. exp. x.* idem S. Paulus. *Unitus panis, unus corpus multo sumus, omnes qui de uno pane participamus.*

III. Dicitur quoque *Collepta* ob eundem finem, quod Christiani, dum hoc sacrificium celebrant, in unum congregantur. Item *Communio* vocatur, quod omnes in mensa eadem communicant, & siue omnes particeps sunt.

IV. *Piaticum* nuncupatur: quia appellatio inde derivatur quod Eucharistia in hac vita peregrinatione non reficit, sustentat, roboret. Latinis enim viaticis appellant pecuniam in itinere impendandam, sive quamcumque aliam rem ad itinerantem alendum destinatam. *Cena* quoque viatica dicebatur quam continuo disceliori accipiebant. Et fideles documentes, argue in ultimo luctantes agone, hinc disceliori ad eccliam patrum, divino hoc viatico reliquuntur.

V. **R**uris *Cena Domini* quoque appellatur, quia Christus Dominus, peracta legali cena, hoc sacramentum instituit. Et hoc vocem *Apostolus I. Cor. xi.* ulis cit: *Convenientibus ergo vobis in unum, iam non est dominicanum canem manducare.* Hoc canis vox, quod minus in aliis sit in Ecclesiis catholicae, Lutheranis, & Calvinianis arredit; eaque abutitur, ut hinc inferant, Eucharistiam non esse sacramentum permanens, sed in loco eius constitutum: quem errorem infra collatum.

VI. **I**nspiri Eulogia dicitur, id est benedictio. Duplex eulogiarum genus, Eulogiarum nomine olim significabantur particule Eucharistie consecratæ, quæ ad discipulos parochias, & abentes Presbyteros mittebantur in mutua communionis, & caritatis signum. Qui plus prohibitus fuit a Concilio Laodiceno. Præterea nomine eulogiarum illæ partes panis denotabantur, ex fidelium oblationibus superfluitates, & a Sacerdote benedictæ, quæ peractis mysteriis, illis distribuebantur qui aliquo detenti impedimento accederet ad sacramentum menam non poterant.

VII. **T**andem *Panis* dicitur, fractio panis, panis Angelorum, panis qui de celo descendit. *Ego sum panis vivus, qui de celo descendit: si quis manducaverit ex hoc pane, uiuet in eternum;* & *panis quem ego dabo, caro mea est pro manus vita:* *Ioan. vi.* Panis etiam appellatur: tum quia ex eo ineffabiliter trahibantur fit; tum propter species panis, quæ post consecrationem remanent. *Agapa*, id est dilectio, etiam vocatur: tum quod summam Dei ergo nos dilectionem praferat; tum quod fit mutuus inter fideles benevolentie & caritatis symbolum. Hoc nomen *Agapa* primis Ecclesiis

ſaculis significabat convivia illa quæ Christiani pauperes simul & divites ad amorem fovendum instruebant, quibus ut fratres una accumbebant.

VIII. Congruentem rationem S. Thomas  
III. Part. quest. lxxxiiii. art. 4. signat cur  
hoc sacramentum varis nominibus appelle-  
tur. Hoc sacramentum habet tripliem signifi-  
cationem. Unam gaudem respectu præteriti,  
in quantum scilicet est commemorationis mu-  
nicipalium passionis, quia fuit cum tam scilicet  
ut supra dictum est: Secundum hoc nomi-  
natur sacramentum. Aliam autem significatio-  
nem habet respectu rei praesentis, scilicet ec-  
clesiasticae unitatis, cui homines aggregantur  
per hoc sacramentum; et secundum hoc nomi-  
natur communio, vel societas. Dicit enim Da-  
mascenus .... quod dicitur communio, quia  
communicantes per ipsum Christum, et quia  
participamus eius carne, et divinitate, et  
quia communiamus, et unius adiuvem  
per ipsum. Tertiam significacionem habet res-  
pectu futuri, in quantum scilicet hoc sacra-  
mentum est praesagium fructuum Dei,  
qui erit in patria; et secundum hoc dicitur  
unitas, quia hic probat nobis viam illuc  
peruenienti: Et secundum hoc etiam dicitur  
Exodus, id est bona gratia: quia gratia Dei  
vita eterna, ut dicitur Rom. vi. Vel quia  
realiter continet Christum, qui est plenus  
gratia. Dicitur etiam in Greco ista: Et id est af-  
fusio: quia, ut Damascenus dicit, per hoc  
filii deitatem adjunximus.

IX. Vanis Eucharistie significacionibus expositis, eius nota exhibenda est. Sic autem inveni, seu describi solet. Eucharistia et sacramentum corporis & sanguinis Christi, sub speciebus panis, & vini realiter contentorum, sed spiritualem fidelium alimoniam a Christo ipso insuffitum. Species conferante panis & vino sunt lignum, quod significat, & non significatur. Corpus & sanguis sunt res, & sacramentum simul, que significantur per species conferatas, & inlupes significant spiritualem anima nutritionem. Ex quibus patet, Eucharistiam sacramentum esse, cum illi competit ratio signi sensibili dicitur inveniti, habeatque annexam gratia promissionem, & divinum mandatum iustus signi obliterandi. Quia tria ex divina Scriptura convenient Eucharistiae, evincitur. Panis & vino sunt lignum sensibile. Accipit Iesus famam &c. Matth. xxvi. Obseruantibus hoc signum promittit gratia: Qui manducat hunc panem, vives in eternum: Ioan. vi. Urgens mandatum hoc signum adhibendit: Hoc statim in meam commemorationem: Luc. xxii. Nisi

*manducaveritis carnem Filii hominis, & libe-  
ritis eius sanguinem, non habebitis vitam in  
vobos. Ioan. vi.*

X. Adduc posset perpetua, & universalis Ecclesie tradito. Sed vel ipsi novatores, sacramentorum Ecclesie catholice infensissimi holes, sacramenti ratione Eucharistie non degenerant; impuli tamen commentis eiusdem fanaticis adulterant, ut infra patet. Displicant Salmanticenses tract. IV. 1. utrum Eucharistia sacramenta importent effluentiam in resto pro corpore & langleme Christi; & species conferatas importent de connotato; vel utrum tam species quam corpus Christi importentur in resto; & taedem urum species veniant in resto; & corpus Christi in obliquo. Quia tria capitula fulo calamo verlant. Has, & similes quaffationes alia praterite ligatio, igitur inutiles, confundantem existino.

XI. Disputant præterea, & quidem ex instituto, utrum hoc sacramentum sit unum species atoma, vel unitate numerica; & unde haec unitas repetatur. Quas questiones paucis relolvit S. Thomas Ill. Part. quæst. lxxiiii. art. 2. his verbis. *Unum dicitur non solum quod est indivisibilis, vel quod est continuu[m], sed etiam quod est perfectio; siue dicitur una dominus, & unus homo. Est autem unum perfectio ad cuius integratorem concordia omnia que reguntur ad finem eiusdem secundum hominem integratum ex omnibus membris &cessariis ad operationem animæ: & dominus integratur ex omnibus partibus que sunt necessariae ad inhabitandum. Et sic hoc sacramentum dicitur anima: ordinatur enim ad spiritualem respirationem, que corporali conformatum. Ad corporalem autem respirationem duo requiriunt, scilicet cibus, qui est alimento secundum, & potus, qui est alimento humidum. Et ideo etiam ad integratorem huius sacramenti duo concurvuntur, scilicet spiritualis cibus & spiritualis potus, secundum illud Ioan. vi. *Caro mea vera est cibus, & sanguis meus vere est potus.* Ergo hoc sacramentum multi quidem est materialiter, sed unum formaliter & perfectio. Sacramentum illud institutum est per modum convivii spiritualis. Convivium autem, contitans ex cibo, & potu, secundum dicitur, non unitate indivisibilitatis, & continuitatis, sed integratitatis, & perfectionis.*

## C A P U T II.

De materia Eucharistiae.

Digitized by srujanika@gmail.com

**L** G Noſſici, Simoni Magi pertinere nobo-  
r. Eucharistianum conficiebant, ex  
abortivo infante in mortario contul. cui  
adimicabat mol. & piper, aliisque aroma-  
ta; ut refert Epiphanius heref. xxvi. S. Au-  
gustinus heref. xvi. narrat, quod inter Ma-  
nichaeos Cataffores stupicatos, qui Encha-  
ritiam conpergi ferme humano fambam, ut  
inde sicut de atticibus, quos accipiunt, ſub-  
ſtantia illa divina purgant. Iacobite he-  
retici panem olim miscent.

II. Quæst. I. Utrum solus panis triticenus & vinum de vite sit materia Eucharistie? Resp. Adhuc omnes: quia haec est mæla a Christo designata, & adhibita in huius sacramenti ieiunio; ut et habetur Matth. XXVI. *Acepit Iesu panem, & benedixit, a frigide deditque discipulis suis, & ait: Accipite, & comedite: hoc est corpus meum.* Similiter de materia calicis haec subditibidem Evangelista. Dico autem vobis, non bibam amodo de hoc genimine vitis auge in dieum illum, cum illud bibam vobissem novum in regno Patris mei. Accedit perpeza, & universalis Ecclesia, que nonnulli panem triticenum, & vinum de vite pro Eucharistie materia uiuantur.

III. Congruam rationem S. Thomas III.  
Part. quæ, lxxv. art. 1. affigat, cur in pa-  
ce, & vino institutum hoc sacramentum  
sit. Primo quidem quantum ad usum huius  
sacramenti, qui est manducatio. Secundum enim  
aqua assumitur in sacramento baptisni ad u-  
sum spiritualis ablutionis, quia corporalis ablu-  
tio communiter fit in aqua; ita panis, &  
cauum, quibus communius homines reficien-  
tur, assumuntur in hoc sacramento ad usum  
spiritualis manducationis. Secunda quantum  
ad passionem Christi, in qua sanguis est a cor-  
pare separatus. Et ideo in hoc sacramento,  
quod est memorialis dominicae passionis, feo-  
rum sumuntur panis, ut sacramentum corporis,  
& vinum, ut sacramentum sanguinis. Terti  
quantum ad effectum confiderationis in unoque  
quæ sumentur: quia, ut Ambrosius dicit super  
Epist. 1. ad Cor. . . . hoc sacramentum  
valat ad tuitionem animæ, & corporis. Et  
ideo corpus Christi sub specie panis pro salute  
corporis, sanguis vero sub specie vini pro sa-  
lute anime efficitur; scilicet dictus Levit. xvii.  
quod anima carnis in sanguine est. Quarto  
quantum ad effectum respectu rotulae Eccle-  
siae.

*sio, que constituitur ex diversis fidelibus; sicut panis conficitur ex diversis granis, & vinum fuit ex diversis uinis, ut dicit Glossa super illud I. Cor. x. Multi unum corpus sumus &c.*

**IV. Quæst. II.** *Quæ materie quantitas apæ est confectionari?* Resp. Absolute quecumque materie quantitas, quantumvis magna, apæ est confectionari; ut docet S. Thomas Intra. Part. quæst. lxxiv. art. 2. his verbis. *Quidam dixerint, quod Sacerdos non posset consecrare immensam quantitatem panis, aut vini; puta totum panem qui venditus est in fo-  
to, aut totum vimum quod est in dolio.* Sed hoc non videtur esse verum: quia in omnibus habentibus materialiæ ratio determinatio[n]is ma-  
teria fuit ex ordine ad fo[rum]: sicut ma-  
teria ferri est ferum, ut sic ap[er]ta sectione.  
*Finis autem huius sacramenti est uis fidelium.* Unde op[er]et quod quantitas materia huius sacramenti determinatur per comparationem ad uisum fidelium. Non autem potest esse quod determinatur per comparationem ad uisum fe-  
dilium qui nunc occurrit: atq[ue]niam Sacerdos paucos parochianos habens non posset coher-  
re multas hostias. Unde relinquunt quod ma-  
teria huius sacramenti determinatur per com-  
parationem ad uisum fidelium absolute. Nu-  
merus autem fidelium est indeterminatus. Unde de non potest dici, quod quantitas materia huius sacramenti sit determinata. Igitur abolu-  
te quecumque quantitas panis, & vini con-  
secrari a Sacerdoti potest. Quoniam h[oc] faci-  
mentum non constituit in uis, sicut baptis-  
mus; sed per manens est, ut infra dicetur.  
Quare si uim immensa, scilicet minima quantitas dimidiat, sensibilis sit, apta confectionari ab  
solutes est.

**V. Quæst. III.** *Quæ materie quantitas li-  
cite consecrari posse, & debet?* Repond. Ex  
materiæ matrice consecrari debet quæ fi-  
delium ulii Sacerdos prudenter agnoverit con-  
fanteanem. Si imprudenter Sacerdos con-  
cerat maiorem materię quantitatē quam  
quæ ulii fidelium opportuna fore, & eam con-  
ruptionis periculum relinqueret; calpe reus eva-  
deret, & iniuriam sacramentum inferret, n[on] ali-  
antem compunctione ablanauerit.

**VI. Quæst. IV.** *Debet materie consecrari  
elle profens consecrari?* Repond. Præsentem  
elle debere materię consecrandam, adi-  
mant omnes. Prætentia hec moralis est, non  
physica, & mathematica. Quare improba[n]do  
est nos moros quorundam Sacerdotum qui os-  
culabia admovere panis, & calici solente  
halitaque in ipsum calicem inspirare. Ta-  
lis prætentia requiritur, ut demonstrent, pos-

*fit dicendo, Fide est, vel hoesf. Quamobrem in S. Thomas in IV. dist. xi. quest. ii. art. i. questione. 3. ad 1. inquit: Non tamen dico, quod posset consecrare totum panem qui est in cunctate simili, vel qui est in foro: quia ipsa forma, pronominis demonstrativus utens, ostendit quod materia consecrandam debet esse coram Sacerdoti. Unde Sacerdos existens in domo sua non posset consecrare panem qui est in altari: quod etiam non potest de toto pane qui est in foro, neque de toto vino quod est in cellario. Sed quantacumque sit quantitas panis, & vini quo coram Sacerdoti proponitur, credo quo posset consecrari ab ipso. Ut igitur materia in moraliter presulis, non requiratur ut aliquo sensu illam Sacerdos contingat, seu vox ad illam perveriat: sed et ut modo sensibili iuxta prudentium existimationem sit illi presulis. Heine Sacerdos ingentem hostiarum, seu panum cumulum consecraret, licet omnes non videret; dummodo illarum cumulum sensu perciperet: & Sacerdos cœcus consecraret hostias, etiam in pyxide clavas, quando viri probata fidei testarentur esse presules. Rabrice quidem praecubatur ut pyxides contineant hostias, fini aperte; communis tamen sententia docet, valide Sacerdotem consecrare hostias in pyxide clavas; tametsi licite non consecraret.*

*VII. Innumeris Causulis questiones propria imaginatione effinxerunt de hac prefentia, quas ad praxim inutiles existimo. Quare paucis eas perstringam. Disputant, num Sacerdos consecrare valeat hostiam post partem. Et licet aliqui adfirmant, communis tamen sententia negat: quia tunc apte talis materia per pronominis hoc designari nequit. Idem dicendum, si sit post tempus. Quid, si linteo effet opera hostia? Si linteum se habeat ut continens, sicuti pyxis: tunc consecrari potest: si vero post linteum sit abscondita hostia, consecrari nequit; ut committantur alterunt. Quid, si hostia clava sit in sarcario, seu tabernaculo clausa? Alii adfirmant, alii negant. Omnes concedunt, Sacerdotem peccare sic consecrarent. An vero consecrare valide, quis certo id adfirmare potest? Ideo tuus existimo definit, hinc non consecrare: quia hostia clava in tabernaculo iuxta prudentium existimationem non potest dici presulis, & designari per pronominem hoc: quemadmodum valida non est absolute dictio moribundum clauo in domo. Quid, si materia etis presulis secundum unam partem, & abiens secundum alteram? Si utramque simul consecrare Sacerdos intenderet,*

*neutrām consecraret; non absentem: quia deinde presentia; non presentem, quia non vult habere consecrare fine parte absente. Si vero coerter intentione ad solam materiam presulent, runc illam consecraret. Disputant, num materia trinitatis passibus dilans consecrari possit. Negat Bonacina, adhuc Leander. Commenta hec sunt, ut mihi videntur, vana. Cur Bonacina adhucmet, consecrari materialia que decem passibus dicit, & cur Leander addat alios viginti passus, non aliud prodere ratione possunt prater minus disputandum otium.*

*VIII. Quest. v. An materia consecrandam designari a Sacerdoce debet? Relp. Adfirmant omnes: quia pronominis hos quid definitum exprimit. Hinc si Sacerdos habens prelentes decem hostias, vellet consecrare octo in consecrari, non determinando illas, nullam consecraret. Quoniam non consecraret omnes, quia non vult; non octo, quia cum illa non determinaret, non etiam maior ratio cum illa quam aliae due consecraret. Quid, inquit Leander disp. viii. quest. lx. si intenderet ex decem consecrare illas quas Deus, vel Petrus elegeret pro consecratione? Refer aliquos ilantes pro consecratione, & communis tamen sententiam negantem tunc fieri consecrationem. Sed haec quedam inter quicunque, sicut plures alii, amandana est. Quid, si Sacerdos deferat pyxidem ad altare plenam hostias cum intentione consecrandi eas, & tempore consecrationis obliviscatur? Hic calus proxim sp̄eciat. Si eas super aram, seu permuta consecraret ponat cum intentione consecrandi, quamvis tempore consecrationis non recordaret; communis sententia docet illam eas consecrare. Si vero superlatate a cornu Epistolaris pyxidem ponetur, & oblitus reteret super aram illam constitutire; tunc nullam fieri consecrationem, docent Suarez, Gavantus, Candidus, Palau, & alii; quam opinacionem veram existimo; & fallam oppotest, quam probabiliter reputat Leander. Hostias que inclo Sacerdotem ponentur super corporale, non manent consecratae. Quid, si Sacerdos deferret ad altare duas hostias, existimans esse unam? Ambas ne consecraret? Ambas consecrari, adfirmant Navarrus, Suarez, Valquer, Sylvester, Hurtado, Granados, Bonacina, Lugo, quos referet, & sequitur Leander: quia inquit, Sacerdotes omnes intendunt consecrare omne id quod pro manus habent, cum absolute super materiam verba profert. Res videtur incerta. Si ego deprehendam ante consecrationem duas adesse hostias,*

*nam, certe unam tantum consecrarem. Quando hostiae sunt valde subtile, humidumque tempus, occurrere aliquando calus potest. Quare tunc tutius iudicatur continuo post lumpionem calicis fumere hostiam primam sufficiat. Fragmenta, ante consecrationem dilperita super corporale, non consecrari, probabiliter est: quia non presumuntur Sacerdotem intentionem habere eadem consecrandi. Disputant insuper, si illa hostia non consecrata admisceatur multis consecratis, possit consecrari, si illa non dignoscatur. Negat Cardinalis de Lugo. Leander quest. lxviii. defendit posse consecrari sub conditione: ait: que ipsum Cardinalem de Lugo hoc tandem concedere. Fator, me nihil certi habere: neque in similibus casibus, qui numquam occurserunt, discutiendi tempus terendum existimo.*

*IX. Quest. VI. An panis consecratus ex amygdalis, cajanensis, fabis, lentibus, farre, hordeo &c. sit materia consecrationis? Relp. Sententia negans communis est. De spelta & farre adferunt Caeteanus, Soto, Albertus Magnus, Paludanus, Atenensis. Sed hac opinio falsa est. Neque in materia sacramento rum indulgendum arbitriis ratiocinii est; sed firmiter inherendum divinae institutionis, & communis Ecclesiæ traditioni. Christus autem in solo pane triticico, ut dictum supra est, consecravit; & hoc panis tempus uta Ecclesia est tunc Graeca, tum Latina.*

*X. Quest. VII. An panis ex silagine sit materia sufficiens ihsus sacramentum? Relp. Adfirmant plures, & permuli negant. Sed diligendum est. Siligo accipitur a Plinio Lib. XVII. cap. viii. ab Isidorio Lib. XI. etymolog. iii. & aliis pro candidi frumenti genere, seu pro triticō seleto, unde filio dicta est. Siligo sic accepta, cum sit perfectum triticum, dubius procul potest esse Eucharistia materia. Et hoc in tenui admittitur a S. Thoma III. Part. quæst. lxix. art. 3. ad 2. Si vero filigo accipitur pro scale, vulgo segala, panis ex ea confectus, non potest esse Eucharistia materia. Si triticum admisceatur aliqua grana aliarum leguminarum in parva quantitate, hoc non impedit quo minus panis si triticus, aptaque materia Eucharistie. Si vero mixtio in tanta effet quantitate, qua solvetur speciem farinae triticeae; tunc panis ex hac farina confectus, non est apta illius sacramentum materia, ut docet S. Thomas loc. cit. ad 3. Mala cruda, seu pastra non est sufficiens materia, quia non est panis communis. Similiter pala ex oleo, aut butyro, vel aqua rofacea, vel cin-*

*nabro confecta, inepta materia est; cum non sit verus & communis panis, qui debet esse ex farina triticea, & aqua naturali confectus, & igne concoctus.*

*XI. Quest. VIII. Qui ritus olim servatus fuerit in preparandis panibus pro consecratione? Relp. Olim ad sacrificium convenientes afferebant panem & vinum. Seligebantur panes & vinum, & altari pro Eucharistia consecranda ab Archidiacono imponebantur. Primi Ecclesiæ facilius communis panis adhibebatur. Cessante perfectione, & redditu Ecclesiæ pace, magna cepit diligentia preparari panis iste. Forma panis consecrandi varia fuit. Primum panes communes consecrabantur, & in partes communis a dantibus distribuebantur. Heinc particula, que hodie communicantibus fidelibus traduntur, nomen accepert. Rotunda forma panis eucharistici meminit S. Epiphanius in Anchorato n. 77. Gracos ipsos aliquando adhibebant panes figure circulare testatur Gabriel Philadelphensis in Apologia pro Ecc. orient. de pane eucharisticis inquies: *Is panis presertim sanguinem figure circularem, vel quadrangulare, cum hac inscriptione: Iesu Christi vicit.* Erudit Theologi ex vetustis codicibus, & picturis evincunt usum rotundæ, & circulare formæ, imprefte pani consecrando, non modo apud Latinos, Syros, Alexandrinos, verum etiam apud Gracos; quamvis hi frequentius consecrarent panes figura quadrata. Hanc confutendum confirmant ex revelatione facta S. Ildephonso Archiepiscopo Tolletano anno 845. Posterioribus seculis in Ecclesiæ occidentali communis fuit usus panis eucharistici, in tenui, & rotunda forma consecrati.*

*XII. Magna olim diligentia panis iste preparabatur a Clericis, vel a facitis virginibus. Refert Lanfrancus Lib. Decretor. pro Ord. S. Benedicti cap. vi. tanta diligentia Monachos euidentur ordinis præparare panes itos, ut frumenti grana legerent, & in nitidum faculum repolita, famulo probo configarent ad molendinum deferenda. Farinam Sacrificia alba indutus in cornicolo cribribat, & præstito die cum aliis adiutoribus fratribus, locis manibus & facie, atque albis indutis, ad panem eucharisticum conficiendum hoc ordine se acceperant. Eorum unus farinam aqua conparant super mundam tabulam componebat: alter ferrum, in quo hostiae convegebantur, tenebat, manibus chirotheis involvit: famulus lignis fiscis antea preparatis ignem accensum lovebat, ceteris plânos, & preces recitabitibus continuo, arctissimum*

servato silento. Idem mos obtinebat apud Cluniacenses, ut habeant in eorumdem statutis cap. lv. ubi caverunt ne opus illud post prandium peragatur. Hac eadem diligenter paratum panem eucharisticum in Ecclesia Romana, telatur Humbertus aduersus Graecos, in Latinos calumnias. Similiter fere modum servandum in hoc pane confidendo prescrivit Concilium Toleranum XVI. celebratum anno 693. cap. vi. Et Theodorephilus Aurelianensis Episcopus; qui seculo ix. floruit, epist. ad suum Clerum, panem hunc a Sacerdotibus, vel ipsi latente prestantibus diligenti cura preparari, & confici iubet. Heine collige quam sint lugendi tot Ecclesiarum, Parochorum, Superiorum, & Praelatorum abusus in hoc negotio. Alicubi hostiae emuntur ab uxoribus mulierculis in communis coquina inter ollas, & lebetes concocta. Alibi ex communis farina hostiae constitutur tanta locordia, & negligientia, ut maior studio epulae pro communi menia preparantur.

## CAPUT III.

*Utrum panis eucharisticus azymus debet esse, an fermentatus.*

**T**anto studio, eaque eruditio copia propositam questionem celebriores attatis nostrae Theologi dilicunt, ut nihil ferre quod novum adiudice lumen valeat, addendum superesse videatur. Principia controversiae capita ego indicabo, & paucis rem totam perstringam.

II. Ut viam sibi Theologi sternant ad dirimendam questionem de ulo pani azymo, vel fermentato, alteram premittunt de die quo Christus Dominus ultimum pascha celebravit. Graci contendunt, Christum Dominum anno quo mortuus est, non comedisse paschalem agnum die a legge prescripta, nempe luna quarta decima deflentis. Sed die integræ anticipasse, & luna tercia decima pascha celebrasse, atque sacramentum eucharisticum instituisse non in azymo, sed in fermentato pane. Secunda opinio nonnullorum est, Christum anno quo mortem subiit, panes non egisse, sed dumtaxat Eucharistiam nullituisse, die tercia decima deflentis, & die quartæ decima in Crucem agnum fuisse. Terzio loco pauci alii propounding, hoc anno quo Christus passus est, Iudeos protractissima pascha in sequentem diem veneris ex decreto Synedrii, seu in quintam decimam in secundis veteribus, ut ex falso azymorum, & fabbato

unum coalesceret festum; Christum vero agnum manducando more conlecto, nempe luna quarta decima.

III. Communis Latinorum fere omnium sententia est, Christum Dominum agnum paschalem comedisse, & Eucharistiam instituisse anno quo mortem fuisse, luna quarta decima deflentis, eodemque die Iudeos pascha celebrasse. Quo facto legitime demonstrato, necessario polles concluditur, Christum Dominum in azymo, non in fermentato Eucharistiam instituisse. Quoniam convenientes omnes, die qua apud Iudeos pascha celebrabatur, fermentum omne ab eorum dominibus sublatum fuisse. Factum autem, nempe Christum Dominum celebrasse pascha, & sacramentum instituisse luna quarta decima deflentis, argumentis valde solidis evincunt. Conjecturam autem, nempe in azymo celebrasse, natura sua proficerunt. Operæ pretium hanc iudico hanc verarie controveriam; cum parum, aut nihil ad inititum nostrum conducat.

IV. Quamquam vero admittetur, veluti extra controveriam possum, Christum Dominum in azymo pane conferasse; tamen non propterea sequeretur, exemplum illius necessitatem imponere in folo azymo conferandi. Quare illi ipsi qui defendunt, Christum azymo uolum fuisse in Eucharistia institutione, non inde inferunt, nullam esse confectionem in fermentato; sed tantum convenientiorem esse azymorum uolum, ut pote Christi Domini exemplo conformiorem. Sive ergo Christus Dominus in azymo confectionari, ut lucentis Evangeliorum testimonis Latinii aduersus Gracos evincent; sive in fermentato, ut Graci conjecturis valde infirmis contendunt: disputandum remanet, cuiusnam panis uolus, azymo, an fermentati, obtinuerit in Ecclesia tam Latina, quam Graeca.

V. Tres potissimum opiniones hoc de arguento obtinent. Prima est P. Iacobus Simondi, praeclarissimi Soc. Iesu Theologi, qui in peculiari de azymo distinctione defendit, ad octavum uulce fideculum in Ecclesia Latina, nedum in Graeca, uolum fermentato viguisse; invecta vero azymo fuisse medio illo intervallo quod a schismate Photii, nempe ab anno circa 886, usque ad annum 1053. interfuit. Turbas hac de Michael Caralario concitat. Contra Leo Papa IX. seculo xi. Cardinalis Humbertus seculo xii. Iacobus de Vitriaco, Innocentius III. & tandem hac ultima aetate dominicissimi, atque eruditissimi viri Mabilionius Bene-

## DISSERTATIO I.

Benedictinus, Christianus Lupus Angulfianus, Franciscus Maccedo Franciscanus in disputatione de ritu azymo, Ioannes Cabalitus in notitia Eccles. facili. ii. dicit. xii. Ioannes Ciampinus in conjecturis de perpetuo azymo in Ecclesia Latina, aliisque multi propongunt, ab Apóstolorum temporibus perpetuum atque constantem in Ecclesia Latina uolum obtinuisse azymorum, excludo tempore fermentati uolu. Tertia inter utramque medium sententiam defendit Cardinalis Boni, morum probitate, & eruditissima fama celebrerrimus, qui Lib. i. ner. liturg. cap. xxii. docet, perpetuum apud Gracos fermentati viguisse continuarem; apud Latinos vero primis Ecclesiæ facultis promiscuum obtinuisse azymo, & fermentatum uolum, prout temporum, & locorum diversitas potestibat; faculto vero xi. legi universali lata receptum fuisse in Latina Ecclesia azymorum uolum.

VI. Secunda opinio mili probabilitati appetat, cum ob argumenta ab ipso Christi exemplo repetita, cum ob auctoritatem clarissimorum virorum & antiquorum, & recentiorum, qui documenta magnopere solida afferunt ad evincendam, perpetuum azymorum uolum in Latina Ecclesia ab Apóstolorum tempore viguisse. Siquidem S. Leo Papa IX. Graci azymorum uolum, ceu novitatem obtreditibus, epist. i. cap. viii. hoc præberet responsum. *Ecc. iam pjs milie ne ferme virginis a passione Salvatoris nostri annos incipit per vos dixerit Roma Ecclesia qualiter memoriam passione sit recordata.* Quid quod ante Leonem Rabanus Maurum, qui obit anno 856. Lib. i. Infrst. Cleric. cap. xxxiii. exemplo Christi evincit uolum azymorum in hoc sacramento? Item prius ostenderat Alcuinus epist. xc. Cardinalis Humbertus sic Gracos redarguit. *Vetus duplicitas suo fermento contestat, Romanæ Ecclesiæ simplicitatem azymorum extorqua sequitur.* ... *Prima feliciter Ecclesia ad haec moderna tempora, sicut ab Apóstolis accepit, fiduciter restinxit.* Gregorius VII. Lib. vii. epist. i. Armenos, cum Latinis azymum panem confringentes, horratus ut temerariam Gracorum garrulitatem contemnent. Epiphanius hæc. xxx. de Ebionis scribit: *Mysteria vere perficie ex imitatione Sanctorum qui sunt in Ecclesia, quotannis in azymis; alteram autem mysteri partem in aqua solutum.* Commentum illorum qui assertur, Epiphanius redarguit Ebionos, quod in azymo confectionar, arbitratum protinus est. Nam ex imitatione Sanctorum ait Epiphanius.

*Cone. Theol. Tom. VIII.*

illos in azymo confeccasse. Illos vero nobis quod in reliqua sacrifici parte aquam adhibentur. Ex hoc Epiphanius testimoniò, non modo Latinam, verum etiam Graciam Ecclesiæ azymum adhibuisse in hoc sacramento, probabiliter colliguntur. Rotunda etiam, exindeque sacrarum hostiarum forma, ferro charakterato impella, quæ ex vetustis imaginibus prisca temporibus obtinuisse ostendunt Mabilionius, Martenius, Hardusius, aliisque eruditissimi viri, antiquitatem azymorum patetificant. Præterea S. Thomas III. Part. quæst. lxxv. art. a. S. Gregorii Magni hoc testimonium allegat pro azymorum uolu. *Dicit enim R. Gregorius in Registr. Romana Ecclesia offert azymos panes, propriæ quod Dominus sine alla commixtione suscepit carnem.* Hanc eandem auctoritatem S. Gregorii uestit Gennadius Scholarius, in cuius tempore Florentini Consilii fuerit, in euidem Concilii definitione cap. iii. fct. viii. Laudatum testimonium S. Gregorii in eius operibus modo non repertitur. Et tamen S. Thomas illud laudat, non modo in Summa, verum etiam in L. comr. Gen. & in opere, contra errores Gracorum. Quid ergo dicendum? Perinde cohaerent in quo hoc testimonium legit Doctor sanctus? Aut constitutum testimonium ab eodem? Abitur. In operatione laudatum illud legit? Quod fundamento? Ut ut de hoc sit, illud profecto urgat quod Rabinus, Alcuinus, Leo IX. Cardinals Humberti namquam potuisse, Graci, & præsterim Michael Caralario, vestitissimi Romanæ Ecclesiæ traditionem, ab ipsi Apóstolis proficienter, opponere, si novus uisus esset in hac Ecclesia azymorum uolu. Et Graci scholasticæ manifeste faltissim redarguerunt Leonem, & Humbertum, respondentes se vel ipsius Ecclesiæ Latinae antiques coniectudinem fecerat.

VII. Opponunt i. Olim Eucharistia confebaratur ex fidelium oblatione. Hoc autem ostrebant panem communem, sicut & vinum. Ergo confeccio fiebat in fermentato. Relip. Duplicem eradicari viri distinguunt oblationem olim in sacrificio Missæ a fidelibus factam, alteram ante Evangelium, in qua vinum, panem, aliisque ad Sacerdotum sufficiationem necessaria; alteram post Evangelium ante offertorium, in qua panis, & vinum pro confectione offerebantur. Primum fermentati, secundum azymi panis fuisse, adducta argumenta evincent, confirmante confectu antiquissima Ecclesiæ Mediolanensis, qui etiam nunc obtinet, ut Iohannes fatus, & matronæ graves oblationes tem-

tempore Sacerdoti celebranti offerant vinum, & azymos panes pro consecratione. Plura de hac duplice oblatione scribunt Macedo, Martenius, Mabilionius loc. cit.

XIII. Opponunt 2. Photius Latinus usum azymorum non obicit: ergo tum non obicitur. Ambrosius Lib. IV. de sacram. cap. iv. panem consecratum appellat panem usitatum. Ex dictis Melchioris, Siricci, & Innocentii colligitur, oblationes consecratae, quae ad alias Ecclesias a matre mittebantur, vocatas fuile fermentum. Relp. Photius, utpote homo acutus, non improparuit Latinis ritum quem vetustum, & ab ipso Christo adhibitum fuisse sciebat. Illum non lauit, Latinos Scriptores, Rabanum, & Alcuinum, qui ipsum praeferant, ritum azymorum propugnare. Silentium Photii non modo prouiducit non infert, sed confirmat potius causam nostram. Siquidem azymorum ritum opponere non neglexisset. Photius, si novum illum deprehendens; sed vetustum, & ab exemplo Christi manantem agnovit, idcirco illum non obicit. Panem azymum Ambrosius vocat panem usitatum, quatenus opponitur consecratio. Fermentum ad titulos misit, non Eucharistiam, sed eulogias fuile dividunt Baronius, Macedo, Cabalistus, & permixti ali, iuxta quorum opinionem obiectio proflua evanescit. At multi ali non minus erudit viri sentiunt, fermentum illud fuile Eucharistiam: quorum sententia mihi probabilior est, utpote argumentis sane validissimis nixa. At simul negant, ideo dici fermentum, quod in fermentato consecratio facta fuerit. Nam fermentum pro azymo acceptum fuile, conflat ex ipso Ordine Romano, quo Ecclesia Latina utebatur ex ipso tempore quo certum est illum adhibuisse azymum panem. Nihilominus in illo prescribunt ut fermentum particula mittatur in calicem ab Episcopo, vel Presbitero, absente summo Pontifice. Fermentum autem Eucharistiam dictam non invertimiliter volunt eructi viri, ut obscuriore vocabulo tantum mysterium Gentilibus occulatur. Emmanuel Schellitate de disciplina avanc. cap. vii. art. 5. pag. 139. ex ipso Cl. Sirmondo ostendit, Eucharistiam dictam a laudatis Pontificibus fermentum, non quia ex fermentato facta fuisset; sed ad unum, & mutuum communicationem significandam. Inquit enim Schellitate: "Rationem ingue, nee profulus est Iacobus Sirmondus in disputatione de azymo cap. v. ubi ait: Eucharistiam hic confat fermentum ex eo

"dictam, non quod ex pane esset fermentum, sed quod ipsa, quocunque ex pane fieret, Ecclesias aut quas mittebatur, fermentum vicere prefaret, et sic unionis inter se vinum esset, sicuti fermentum massa, cui commisatur. O sacramentum pietatis! O signum unitatis! O vinculum caritatis! O Augustinus in Ioani tract. xxvi. Quod ergo illi nomen congruentius potius imponi quam ut fermentum diceretur? "Si plura cupis, inquit Schellitate, confale Ciampinum, quae uberrime hoc argumentum illuvitavit.

IX. Quæl. I. An valida sit consecratio tam in azymo, quam in fermento? Relp. Admissiva sententia definita est in Concilio Florentino in decreto unionis. Definitio in azymo, five in fermento pane tritico Christi corpus confici. Valide in azymo Eucharistiam confici exemplo Christi Domini constitut: cui accedit perpetua Ecclesia Latina traditio. Valide quoque cum perfici in fermento patet, quod nunquam Ecclesia Latina redarguerit Ecclesiæ Grecam, propterea quod in fermentato consecraverit, & consecret. Ratio utriusque est: quia panis triticus, five azymos, five fermentatus, vere est panis. Ergo vera Eucharistia materia. Quapropter optime S. Thomas III. Part. quaq. lxxviii. art. 4. inquit: Circa materiam huius sacramenti duo possunt considerari: scilicet quid necesariorum, & quid convenienter. Necesariorum quidem est ut sit panis triticus.... sine quo non perfectur sacramentum. Non est autem de necessitate sacramenti quid sit azymus, vel fermentatus, quia in utraque confici posset. Convenientes autem est ut sicutqueque fermitum sit Ecclesia in sacramenti administratione. Garrison Gracilis, dum opponit, panem dici debet, a verbo vero tollo, five arrollto quod significat ergi, inflari: quem effectum fermentum producit. Argumentatio illuc nullius momenti est. Nominis enim etymologia non tempus rei subficiat prolatum. Quid quod, si etymologia vim spectemus, panis dicitur appellatur, non quod ipsa pars per fermentum elevetur, sed quod ipsa pars naturam hominis erigat, nutrit, sustinet? Panis azymus tempus panis nomen obtinuit: & tempore quo Christus consecrat, panis communis apud Iudeos erat. An parvum illud fermentum quod panis inicitur, defrustrat naturam partis triticeas? An que in veteri, ac in novo testamento panis non vocatur tam azymos, quam fermentatus?

X. Quæl. II. An convenientius sit usus azymorum quam fermentum? & an prudenter in hac causa Latini sit quam Gracilis Relp. Ra-

tiones congruentes pro rito azymorum obvia sunt. Et principio Christi exempli id patet. Quamvis enim Graci negent Christum in azymo consecrare, probabilior tamquam est sententia admissa, ne dicam certa. Revera enim conjectura qua pro consecratio in fermento adducuntur, infra sunt & arbitria, post investitam confunduntur in orientali Ecclesiæ confecratio in fermentato a Gracis excoigitate. Deinde ipsa natura panis azymi maiorem explicat consecrationem. Panis quippe ille rarius efficiuntur, tenuis, & cavernosus, quam fermentatus; maiorem preterit carentem, manuorum faciliatatem, qua fides invicta, & cum Christo continguntur. Has congruentias S. Thomas loc. cit. exponit his verbis. Tamen confutatio de pane azymo celebrandi rationabiliter est. Prima quidem proper institutione Christi, qui hoc sacramentum instituit prima de azymorum: ut habetur Matth. xxvi. & Marc. xix. & Luc. xxii. qui die nihil fermentatus dominus Iudeorum esse deberet, ut habetur Exod. xxii. Secundo quia panis est proprium sacramentum corporis Christi (quod sine corripitione conceptum est), magis quam diuisitatis ipsius, ut infra patet. Tertio quia hec magis competit concordia fiduciarum, que resplendit ad usum huius sacramenti, secundum illud I. Cor. v. Palma nostra immolatus est Christus; in qua epulatur in azymis sanctis, & veritatis. Habet tamen hec confutatio Graecorum aliquam rationem, & proper significacionem, quae tangit Gregorius, & in detractione heresis Nazarenorum, qui legata est Evangelio miscerant.

XI. Habent ergo & Graeci sui confundendis congruentes rationes: tam quia in fermentato consecratio Christum contendant, tum ut Ebionitas imputant improbatum; tum ut significare carnem mortalem Christum insinuat, veluti quoddam misericordia fermentum. Et quam sinecere Latinomines Scriptores ratum habent Graecorum ritum, atque adeo illis prudentibus le produnt. Illos enim, tametsi causa inferiores, adversus Petri Cathedram effrenata temeritate cervices erigere, eiusque ritus carpe, minime pudet. Quamobrem Balaamus Monachus Calaber, quamvis Gracilis additus, hanc te contineat potius, quin itidem improriperum vanismissum separations pratexum; ut refert Iohannes Cantacuzenus Lib. ii. cap. xl. ut verbis. Latini vero in causam prudenter exscimus, quod illi quando minime bestiana de fermentato vituperant, sed similiter venerantur. Latinorum prudentiam, & Gracorum audaciam describit Gregorius VII. epistola ad Synadenum Archiepiscopum. Et illi quidem (Graeci) suum fermentatum commentates, reprehensionis in nos levissima verba consumaciter iaculari non desinunt. Nos vero, azymum nostrum inexpugnabili secundum Dominum ratione defendentes, ipsorum fermentum nec vituperamus, nec reprobamus. Gregorius IX. Clemens VII. in Bulla Provisoria nostra, BENEDICTUS XIV. in cont. Etsi pajoratis ritum Gracorum commendant, vetantes a quoque improbari. Quia ideo indicavi, ut magis emicaret & Latinorum prudentia, & Gracorum inconsulta temeritas in rito Latina Ecclesiæ vellicando.

XII. Quæl. III. An Graci apud Latinos, & Latina apud Graecos consonantes, vel pergeantur valde consecrare illi in azymo, ut in fermento? Relp. Leander tract. vii. disp. viii. quæst. xxxi. docet, Sacerdotes tam Latinos habentes domicilium proprium apud Graecos, quam Graecos apud Latinos teneri ad consecrandum aut in azymo, aut in fermentato, iuxta ritum illius Ecclesie in qua sunt incole: & concludit: Sic communiter omnes Doctores. Quid, si Graci sine incola apud Latinos, habeantque Ecclesiam designatam ad ritus Gracorum fervendos? Redit idem Leander, Suarez, Vafquez, Montefinos, Hurtadum, & Dianam, additamente oblitus tum Graecos ad ritum sue Ecclesia fervendum. Ipsa vero subdit ibidem quæst. xxxi. sed agere probabiliter respondem, pollo in eis causa servare ritum sue Ecclesie, sed non teneri. De praescriptis omnibus, five Graecis, five Latinis, vel ponet more solito, probabiliter pollo pro libito in azymo, vel fermentato celebrare: & in his probabilitatis confirmationem allegat quæst. xxiii. commune prologueum: Si fuerit Roma, Romane virito move: sufficiens alibi, si vita fecit ibi: citatque pro sua opinione Dianam, Nunos, Bonacinan, Henriquez, Catelanum, Sotum, Ledeñiam.

XIII. Recensite opiniones Leandri fallentur. Alii ritus, festorum, ieiuniorum, fabiati, de quibus Ambrosius, & Augustinus loquuntur, pro Ecclesiæ diversitate vari possum. Verum aliud dicendum est de Sacramentis Latini, & Grecam agnoscunt, & ad quem Sacerdotes fervendum sacramentum ordinis initiantur. Quamobrem BENE DICTUS XIV. feliciter regnans consti. super risivas Graecorum edita au. 1742. præcipit §. K 2 9. ut

